

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

. . .

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich Berlin, 1843

dei Hairiii	chen Ange	riegermeit	, vom Jahre	1230.

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Datum Anno MCCLVI. (Littere in festo assumptionis gloriose virginis mariae misse Herbipolim in generale colloquium per uenerabilem virum fratrem Waltherum de Solce nunciis ciuitatum).

Aus des Freib. von Freyberg Cammlung hiff. Schriften und Urkunden I, 516. Daraus auch bei Pert, Monum. hiftorica Germaniae IV. Legum II, 378.

LXIX. Des Markgrafen Johann von Brandenburg Schreiben an dieselben wegen eben ber Sache, vom 15. August 1256.

Johannes, dei gratia Brandenburgensis Marchio, Mogunt. Colon. et ceteris ciuitatibus (ut supra) salutem et sinceram ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ostendistis diligere ac soucre, vniuersitati vestre toto corde grates et gratias referentes, et hoc vita semper et rebus aput uestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis agendae et conservandae nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicite commonere curastis, vestrum consilium et auxilium unanimiter adhibendo. Verum quia nos ac alii principes in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesse intendamus, (nec) aliquod capud tam ydoneum ad tam sanctum propositum prosequendum poterimus inuenire, vt fratrem nostrum Ottonem, quem in Regem postposito omni dubio eligemus, et ipse, ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc recusare de cetero non audebit.

Datum Wolmerstede, Non. Augusti. (Litterae in festo assumpt. mariae etc. wie bei der vorhergehenden Urkunde).

Aus bes Freiherrn von Freyberg hift, Schrift, und Urf, I, 517. Auch, bei Pert, Mon. hift, Germ. IV. Leg. II, 379 abgebruckt.

LXX. Des herzogs Albert von Braunschweig Schreiben an bieselben wegen ber nämlichen Angelegenheit, vom Jahre 1256.

A., dei gratia dux de Brunswic, dilectis suis moguns. Colon. Worm et ceteris ciuitatibus (ut supra) paratam ad beneplacita uoluntatem. Studiis uestris bonis et sanctis in domino congaudemus, in quibus uos pacem et commune bonum ecclesie ostendistis et ostenditis diligere ac sovere, vniuersitati uestre toto corde gratias resserentes, et hoc vita semper et rebus apud uestram dilectionem promereri cupientes; quod sub spe pacis agende et conservande et nos et alios principes ad concordem Romani Regis electionem tam sollicite commonere curastis, uestrum auxilium et savorem unanimiter adhibendo. Verum quia nos et alii Principes vobiscum in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesse in-

tendamus, (nec) aliquod capud ydoneum ad tam fanctum propositum poterimus inuenire, sicut illustrem uirum dilectum consanguineum nostrum Ottonem, Marchionem Brandenburgensem, cui si in regem, ut speramus, suerit sublimatus, omni quo possumus consilio et sauore uolumus non deesse, et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque uestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino hoc recusare de cetero non audebit.

Datum etc.

Mus berielben Sammlung I, 517. - Pert a. a. D. 379.

LXXI. Markgraf Otto von Brandenburg erklärt sich zur Annahme ber Königewurde bereit, im Jahre 1256.

Otto, dei gratia brandenburgenfis Marchio, Dilectis in christo mogunt. Colon. worm. et ceteris ciuitatibus (ut supra) paratam ad beneplacita voluntatem. Cum auctor pacis Dominus noster Jhesus Christus pro pace venerit in hunc mundum ac per aspersionem fanguinis sui, que in celo et que in terra sunt, pacificaverit, digne in pacis amorem omnis se accingeret creatura. Hinc est Karissimi, quod studiis uestris bonis et sanctis, que ad resormanda et conferuanda pacis uincula tam unanimiter quam viriliter convertiftis, in domino congaudentes, universitati vestrae gratiarum referimus actiones ac vita semper et rebus apud vos studebimus promereri, Quod nos licet indignos et alios Principes ad concordem Romani regis electionem tam follicite commonere curaftis, affiftentiam vestram nobis confilio et auxilio promptam in omnibus promittentes, unde Domino favente pax in terris reddatur et diuina clementia confervetur. Vestre itaque notum facimus dilectioni, quod instantie et confilio Principum et nobilium atque aliorum amicorum nostrorum, tam spiritualium quam secularium, qui honorem dei in nobis et bonum nostrum affectant, et super omnia voluntati Divine ulterius refiftere non audemus, quin corpus et animam, res, amicos et omnia, que de ipfius gratia nunc habemus aut in posterum sumus habituri, ad honorem regalem in Dei servitio offeramus, anchoram spei nostre figentes in ipso, quum nobis jumento suo nullum honus speramus inpositurum, quod leve sacere nobis nolit. Etiam caritatem vestram rogamus, ut ad curiam in Frankenfurt, in festo Beate virginis celebrandam, ita decenter venitatis, ut etsi inter aliquos ibidem discordia, quod absit, oriatur, pars, cui infertur injuria, vestro possit auxilio roborari.

Datum etc. wie oben.

Aus berfelben Sammlung I, 517. 518. Pert a. a. D. 379. — Die vier versiehend mitgetheilten interessanten Ursumben, hat ber Freih, von Frenderg im Jahre 1827 auf bem Umschlage eines bas Bisthum Passau betreffenden Codex entbett. — Statt bes (nec) ist von Frenderg jedesmal ut gelesen.